Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



tranq. Hec nox est in qua destructis vinculis mortis. xps ab inferis victor
ascendit. Nichil enim nobis nata prodest nisi redimi potuisset. O mira
circa nos tue pietatis dignatio. O inestimabilis dilectio caritatis vt seruum
redimeres filium tradidisti. O beata nox que sola meruit scire tempus
et horam in qua xps ab inferis resurrexit. Hec nox est de qua scriptum est.
Et nox ut dies illuminabitur. et nox illuminatio mea in deliciis meis.
Huius igitur sanctificatio noctis. fugat scelera. culpas lauat. et reddit in
nocentiam lapsis. mestis letitiam. fugat odia concordiam parat. et curvat imperia. Huius igitur noctis gratia suscipe sancte pater incensi
huius **hic imponantur .v. grana thuris incensi in hunc modum.**
sacrificium uespertinum. qd tibi in hac cerei oblatione sollempni
per ministrorum manus de operibus apum. sacro sancta reddit ecclesia.
Sed iam columpne huius preconia nouum. quam inhonorem dei ruti
lans ignis accendit. **Hic accendatur cereus.** Quamuis diuulsus impar
tes mutuam luminis detrimenta non nouit. Alitur enim liquentibus
cereis. quas in subiectam pitiosi huius lampadis apis mater edu
xit. O uere beata nox | que expoliauit egiptios ditauit hebreos. Nox in qua
terrenis celestia unguntur. Oramus ergo te domine ut cereus + iste
in honorem nominis tui consecratus. ad noctis huius caliginem destru
endam. indeficiens perseueret. in odorem suauitatis acceptus superne
luminaribus misceatur. **Hic ponatur cereus ad locum suum.** Flam
mas eius lucifer matutinus inueniat. Ille inquam lucifer. qui nescit
occasum. Ille qui regressus ab inferis. humano generi serenus illuxit.
Precamur ergo te domine ut nos famulos tuos. omnem clerum. et de
uotissimum populum. vnà cum papa nro. N. et gloriosissimo imperato
re nro. N. et antistite nro. N. quiete temporum dispone. tuis paschalib⁹
festis conseruare digneris. Per dnm nrm ihm xpm filium tuum. qui te

quę